

noch etwas anderes gethan hat, als seine Quelle nur 'nicht¹ völlig exact im Sinne der modernen, in philologischer Methode geschulten Citiersitte abzuschreiben'. Man vergleiche:

Vulg. c. 37.

Si quae mulier . . . infantem proprium prope ignem collocaverit.

Diess. c. XVIII.

Mater si infantem iuxta focum collocaverit.

Reg. II, 19.

Mater si iuxta focum infantem posuerit.

Vulg. c. 43.

Si quis cum qualibet fornicatus fuerit et . . . frater eiusdem rei inscius cum eadem se polluerit et, postquam se pollutum esse cognoverit, confessus fuerit et hoc se nescire cum iuramento confirmaverit . . . post peractam congruam poenitentiam legitimo utatur coniugio. . . Mulier vero . . . ulterius poeniteat atque continens et innupta permaneat.

Diess. c. XXVIII.

(Col. IV, 48.)

Si cuiuslibet frater cum muliere fornicatus fuerit et frater suus nesciens cum eadem se polluerit, mulier diebus vitae suae poeniteat, et frater, qui post fratrem se cum muliere polluerit nesciens, post poenitentiam, si se continere non possit, nubat tantum in Domino.

Reg. II, 212.

Si frater cum muliere fornicatus fuerit et frater nesciens cum eadem concubuerit, mulier diebus vitae suae poeniteat, post poenitentiam autem frater ignarus sceleris coniugium accipiat, si vult.

Vulg. c. 45.

. . . iudicamus de eo, qui cum duabus sororibus fuerit pollutus, ut usque in exitum vitae poenitens et continens permaneat. Soror autem, quae posterior . . . scienter se cum eo

Diess. c. XXVII.

(Col. IV, 47.)

Si quis cum duabus sororibus fornicatus fuerit, vir diebus vitae suae poeniteat, soror autem, quae post priorem sciens fornicata est, diebus vitae poeniteat; quodsi non re-

Reg. II, 210.

Si quis . . . soror autem, quae de alia sorore nescivit, licentiam habeat nubendi.